Iuramentum de stando consilio sapientis quas conditiones suscipiat. 87.
Iurisconsulti an habuerint potestatẽ inducendi fictionem. 89.
Iurisconsultis an ferendi corrigendi ve leges potestas fuerit. 86.
Iurisconsulti ante augustum ex fiducia sui respondebant. 86.
Ius ex interpretatione legis. q̃. tabularuꝫ proueniens legitimum dicitur. 68.
Iurisdictio circa galli pronisionẽ. 68.
Ius interpretationis non est diuersum a iure interpretato. 68.
Iura non succurrunt illis: qui culpa eorum aliquid committunt. 75.
Ius est ars boni et equi: quomodo interpretatur. 79.
Iuris pretorij q̃ est precipuum munus. 79.
Ius suspensiuum captiuitatis in quibus hꝫ locum. 79.
Ius quesitum irrenocabiliter quod sit. 81.
Iurisdictio testm non conualescit. 84.
Ius pretorium voluntatẽ tantum respicit: ius ciuile ꝛ voluntatẽ ꝛ solẽnitatem. 85.
Ius quoddam varium quoddam non varium. 87.
Ius scriptũ in quot membra partitur. 87.
Ius dubium quod est. 87.
Ius apertum quod est. 87.

Z

Legatum a debitore ab herede relictũ intelligitur. 69.
Lex. q̃. tabularum posthumos alienos neq̃ potes instituí posse permittebat. 67.
Lege. q̃. tabularum expresse cauetur suos instituí vel exheredari. 67.
Lege. q̃. tab. non expsse caueri posthumos alienos instituí non posse. 67.
Lex ponitur super dubitabili. ibidẽ.
Lege permittente quod quis fecerit pena non meretur. 68.
Lex omni vicio vacare debet.
Lex vbi non distinguit nos distinguere debemus. 68.
Leges ex bono et equo distinguuntur cohartantur ꝛ extenduntur. ibidem.
Lege vertante quod quis facit contra legẽ facit. 68.
Legum correctio fit per directo contrarium folio 68
Legis mens ꝛ verba ad titulũ sub quo facta est accommodamus: ꝛ ex subiecta materia ampliamus ꝛ restringimus 70
Legi imperanti ommodo parendum est folio 70
Lex imperans inducit presumptionẽ iuris ꝛ de iure cui non licet contra ire 70
Lege iubet bona bono iungi cõubio fo. 71
Legis verbis cõtraire non debemus fo. 73
Lex vellea lata fuit ad reparandas rumpendi vias 78
Lege vel ex lege illud esse dicitur q̃ sine sententia sine ver bis expresse cõprehenditur folio 79
Legis verba ꝛ sententia inter se quomodo differunt 79
Legis ratione quod potest defendi ex lege esse dicitur 79
Lege prouenire dicitur quod ratiõe vel sententia vel verbis continet ibidem
Legis ratio est duplex ibidem
Legis interpretatio est triplex ibidem
Lex Cornelia an finget circa natiuitatem an circa mortem tantum ibidẽ
Lex correctoria an sit odiosa passim ibi.
Lex Cornelia nunquam fingit apud hostes quem decedere 80
Lex cornelia an fingat super statu: an super morte an super tempore mortis 80. 81
Lex Cornelia quando fuit lata 81
Lex potius impedit multa fieri quam facta rescindi ibidẽ
Lex ꝛ natura nihil frustra faciũt ibidem
Lex in his que sunt iuris disponit simpliciter ꝛ non secundum quid ibidem
Legis vellee angilium est fauorabile 82
Legis qui in vtero verus intellectus 83
Legis ratio an inuestiganda sit vbi certa inquet legis dispositio: ꝛ in quibus casib⁹ folio eodem
Legis vellee ꝛ galli formule in quo differit folio 85
Legis capita iura sunt ibidem
Legis coniecturata mens prenalet scripto folio eodem
Legis correctio an potest induci per tacitos ꝛ subanditos intellectus ibidem
Legibus tacite derogari potest scilicet per contrarium actum 86
Legis vnius capita licet coniungere ad eliciendum occisionem casus emergentis folio eodem
Legis vellee duo capita quomodo inter se differunt 85
Lex est legis mens 86
Legum emendatio pari vel maiori imperio permittitur ibidẽ
Lex clara interpretatione non eget ibidẽ
Lex: legem aperit ibidẽ
Legum condendarum observatio. fo. eodez
Lex quid est 87
Lex aut ratio vbi viget opinionis cessat atrocitas 88
Legitimum est verbuz ambiguum 70
Legitimatio an peti possit per procuratorem 84
Legitimatus post mortem an possit fieri suus folio 84
Legislator: generale tradens dogma nõ debet sigillatim singula persequi 74
Libellus an admittitur alternatiue scriptꝰ ex diuersis causis ad idem tantum vel copulatiue 84
Limitatiuis fauorabilibus limitationes et felicitas 76
Litigatores exonerantur cum vno iudicio: non multiplici lites diriminuntur 84
Litigantes an possunt inter se conuenire vt absoluendus damnetur: aut non in se iudicetur 87

M

Magistratus non tenetur assessoris imperitia quem non ipse sed populus approbauit 87
Ma: vnde dicitur 85
Malis duobus ne cessio distinctim, positis admittendum est quod minimum habet iniquitatis quod in ratione boni cõputatur 74
Materie singule nõ nisi in locis suis tracta

ri debent 69
Matris testimonio credendum esse de conceptione partus 71
Matrimonij dissoluti per diuortium ꝛ per mortem diuersa est ratio 76
Menstrua quandoq̃ causant signum conceptionis 71
Medium omne participat de extremis folio 77
Mens legis lex est 77
Momentum vltimum temporis expectaꝫ quo aliquid necessario vel fit vel datur folio 70
Monas sine vnitas est principium numeri ꝛ non est numerus 85
Mos cuiusq̃ autoris est attendendus folio 75
Mores ciuilis ꝛ naturalis in quibus casib⁹ equiparatur ibidez
Mortis appellatione etiam ciuilis continetur 76
Mortis appellatione simpliciter enunciare non venit interdictio: ꝛ eiusdem similia ibidẽ
Mortis an sint plures species: an genus sit an ens per se ibidẽ
Mortis appellatione proprie tantum venit naturalis ibidem
Mortis appellatione multi casus veniunt: non vi vocabuli: sed similidinis ratione folio eodez
Mortis plures species. s. naturalis inrisẽtium: ciuilis ꝛ sapientum seu theologoꝝ folio eodem
Mores ꝛ emancipatio in quibus conueniũt ꝛ differunt 77
Mortis ꝛ vite non datur medium 82
Mortuus eo statu fuisse intelligitur in quo erat cum moritur 81
Moriens viuit ibidem
Morientium tria tempora considerantur folio 82
Moriens an viuis an mortuis connumerãdus sit ibidez
Moriens non habet velle neq̃ nolle. ibidẽ
Moriens non adit neq̃ disponit ibidẽ
Mortui loco exheredatus esse dicitur. Folio 84
Mulieres cur grauius adulterijs puniunt quam viri 71
Mulieres ex ipso coitu conceptionez mini me sentiunt ibidem
Mulieres sepe in conceptione imaginatione causant similes partus ibidem
Mulierem gemino partu alterum adulteroꝝ: alterum marito similem peperisse folio eodem
Mulier que cum marito moritur in matrimonio mori dicitur 81

N

Natura alternatiue que est 68
Natura ꝛ lex nihil frustra faciunt 81
Natus post mortem patris ꝛ Aui pariter morientium: an cõtinetur sub formula aq̃liana ꝛ nascatur suus ibidez
Natus eodem momento quo pater ꝛ auus pariter moriuntur: an pertineat ad Velleam 82
Natus morientibus aliquibus: an viuis illis nascitur ibidem
Natus apud hostes ex captiua matre pregnante si redierit nunquam captus fingitur sed liber natus 83
Natus viuis patre ꝛ auo quam primum pater de medio tollatur habet ius agnascẽdi ibidem
Natum apud hostes: in quemcunq̃ casum suitatis institutuꝫ si suus redeat non rumpere ibidem
Nascentis apud hostes sicut nativitatis ratio non habetur: ita nec temporis quo nascitur ibidem
Nato apud hostes datur sine distinctione: postliminium ibidem
Nasci suum vel agnasci sunz paria sunt quo ad vim succedendi: vel instituendi: vel heredendi ex lege vellea 85
Negans qualitatem non negat subiectum folio 84
Negans aliquid non recte factum an fatetur tamen aliquid esse factum 84
Neminem sua iudicia impugnare velle creditur 69
Nemo potest a regulis iuris discedere 70
Nemo sine voce loquitur 74
Nemo credit id dicere quod suo nomie nõ expressit ibidem
Nemo creditur aliquid dicere quo velut dicta sua impugnare ibidẽ
Nepos posthumus alienus simpliciter instituitur ibidem 69
Nepos vna cum patre ab auo institutus an videatur pariter institutus an patri substitutus 74
Nepos eque ac filius: immo plus ab auo deligitur ibidem
Nepotem in conditione positum haberi preteritum ibidem
Nepos ex captiuo filio nisi instituitur noualer testamentum 80
Nepos ex captiuo filio mortuo auo nõ potest se immiscere rebus hereditarijs pendente patris reuersione 80. 81
Nepos sit suus testatoꝝ vbi certum est non super futurum filium testatoꝝ 82
Nepos natus an potest sub qualibet conditione instituí ibidem
Nepotum appellatione an contineanꝫ omnes liberi ibidem
Nepos qui nascitur patre suo mortuo: aut agnascitur vivo testatoꝝ non instituto. aut non recte institutus testamentum rũpit 84
Nomina que olim frequenter imponebantur seruis libertis ꝛ ingennis 69
Nocentem melius est absoluere quam innocentem temere condemnare 71
Non suus nascitur ille quomodo alius precedit 67
Non sentiunt nulle sunt partes 71
Non omne quod licet honestum est 76
Notabile quid est 75
Nog an moritur 82
Numerus maior vincit inter auctoritate pares 88
Numero maiores an vincant pauciores: et auctoritate prestantiores ibidem
Numerus quando prenalet auctoritati ꝛ q̃ auctoritas numero ibidem
Nuptialia federa quo sacramento sentiebãtur 76

O

Occisus in pugna per gloriam viuere creditur 81
Omissio in prolatione verborum viciat. 74
Omnis est dictio collectiua ꝛ non distributiua 86
Omnino aliquid fieri iubens itelligitur eo modo quo potest fieri 68
Omne quod est natura male simpliciter gestum censetur malum 70
Omne onus non est odiosum 67
Opinio cõis habetur pro lege 87
Opinio cõis ex quibus apparet ibi.

Universidad del Rosario Archivo Histórico

Opinio t veritas inter se quodammō sunt opposita 87
Opinio circa que versatur. ibidē
Opinio est que non lege: vel vera ratione funda. 88
Opinio glo. cōi opinioni secundum Burr. prēualet. ibidē
Opinio singularis quando prēualet vt i matrimonio. ibidem.
Opinio quelibet cōtra legē est vana. ibidē.
Oratio disiunctiua ſz verba aperta habeat in ea voluntatem rēi querimus. 74
Oratio copulatiua scripti t voluntatis vtrū ꝙ pariter complectit 74

P

Papa iudicat contra communem opinionē folio 88
Papa si mandat prouideri de primo beneficio in tali diocesi vacaturo: titio t Sēpronio de beneficio in tali ecclesia einsdē diocesis vacaturo t accidat vacari in illa ecclesia primus impetrans promouebitur folio 82
Paria sunt quid fieri in tempore permisso: vel fieri in tempore prohibito si conferatur im tempus permissum 67.69
Paria sunt aliquid fieri in tempore prohibito vel in tempus prohibitum conferri. folio 96
Paria sunt dicere in decē mensibus t intra decem mēses t que sit horum ratio. 70
Parum excessum non fore in consideratiōe. folio 71
Paragraphus quidam recte quid in co cōtinetur quidue deciditur 73
Pares numero t autoritate: que pars erit potior. 88.
Pares auctoritate: si numero altera pars alterā vno excedit que prēualet. ibidem.
Pater qui cum filio perijt non est superstes filio. 81
Parentibus nihil imputādū in his q̄ facto eueniunt partubus. 71.
Pariendi tempus quare a lege prefinitur in decimo mense post mortez testatoris. ibi.
Partis appellatione in dubio venit dimidium. 84
Partem aliquam si quis dixerit pōt significare etiam minimam. ibidē
Partem suam si quis respondeat an posset intelligi rīsum fuisse de dimidia. ibidē
Pars potior est illa que maior t sanior est. folio 88
Pars maior alteravno tm̄ an prēualet an requiritur ꝙ sit maior pluribus. ibidem
Patria potestas mortetam ciuili: quā naturali soluitur. 75.
Patria potestas: t suis iuris esse sunt cōtraria immediata. 80.
Patria potestas eque soluit vel morte: vel captiuitate. ibidem.
Patria potestas nō tollitur exheredatione folio. 84.
Patronus si est apud hostes: non ideo ipso iure ius patronatus transit in filios sec? si est deportatus. 80.
Partus quāto tpe retinet in ventre t cuius cēseatur. 70
Partus si statutum tēpus parno tpe excesserit: non ideo videt ab alio genitus. 70.
Partus post. x. mensem mortis natus: non habetur legitimus. ibidem.
Partus est legitimus si intra. x. mensem natus. ibidem.
Partus si vere apparuerit editus. xiiij. mēse: an admittetur ad hereditatem. 71.
Partus videt que statim post humatum virum nupsit. x. vel. ix. mense natus cuius cē seatur. ibidē.
Partus .vj. mense natus vulgo quesitus creditur t non legitimus: secus in septimo. 71.72. folio.
Partus natus in domo secundi viri. ix. mēse posthumatum primum t. ix. a secundis nuptijs cuius censeatur. 71.
Partus in dubio an sit illius parentis cui est similis. ibidem.
Partu gemino: alteruz marito: alterū adultero similem mulierem peperisse. ibidē.
Partus eius censetur esse patris cui? i matrimonio nascitur. ibidem.
Partus incertus cuius sit: adiciendus est vni potius quam nulli t ditiori quaz pauperi t nobiliori q̄ humili. ibidem.
Partus .clxxxij. die natus cēsetur legitim?. folio. 72.
Partus qui natus est apud hostes an dicat iuris fictione natus cum capitur an cū reuertitur. 83.
Partui qui editus est apud hostes dak post liminium. ibidem.
Pena que perpetuo libertatē adimit mori comparatur. 76
Pendentia ex futuro euentu certum statuz non habent. 80.
Pepigit verbum relatum ad diuersas personas modo pactum nudum: modo stipulationem significat. 73.
Peritis creditur in arte sua. 88.
Permittere t vetare diuerso respectu possunt simul stare. 68.
Permissio tacita sufficit contra prohibitionem expressam. 86.
Petitio tali modo intentata an sit admittēda peto declarari emphiteotam decidisse a iure suo quia triennio a canonis solutione cessauit: vel quia vendidit domino irrequisito: t illa peto condemnationem fieri fm̄ iura vel statuta ciuitatis: illa peto rem vel extimationem t quid si copulatiue est facta petitio. 84.
Plurale pro singulare an admittatur. 79.
Plures numero vincunt inter auctoritate pares. 88.
Plures an vincant pauciores numero: sed auctoritate prestantiores. 88.
Posito genere non ponitur species: sed bene econtra. 68.
Posito genere ponitur t species non illatiue sed expositiue. ibidem.
Posse ea videmus que iure permittēte possumus. ibidem.
Post ꝙ̄ bū an ad breue: an ad lōgū tps. 70.
Posthumi alieni nepotes poterant instituti ex lege. xij. tab. 67.
Posthumi alieni ex lege. xij. tabu. institui non prohibebantur esse. ibidē
Posthumi alieni qua ratione videbantur non posse vtiliter instituī. ibidem.
Posthumi alieni qui sint. ibidem.
Posthumum alienum quem gallus intelligat. ibidē.
Posthumorum quidam sui q̄dā nō sui. ibi.
Posthumus alienus ad differentiam cuius dicitur. ibidem.
Posthumus alienus cur dicitur alienus cū suus nascatur. ibidem.
Posthumus alienus cur dicitur respectu institutionis t non natiuitatis. ibidō.
Posthumus alienus talis est qualis nascit quo ad natiuitatem: sed quo ad vim instituionis tempus testamenti inspicimus. folio. eodem.
Posthumi qui sunt fm̄ legem. xij. tab. t prior priam significationem. 67.
Posthumorum species. 67.
Posthumis alienis quare non erat testamēti factio. 67.68.
Posthumi alieni institutio in initio spectat. folio. 67.
Posthumi alieni seruus non inutiliter instituebatur: t an hodie institui potest. ibi.
Posthumus prorsus extraneus vtiliter instituitur. ibidem.
Posthumi alieni non erant bonoz posse incapaces. 69.
Posthumus an potest exheredari ne nativitate rumperet. ibidē.
Posthumus alienus nepos simpliciter inutiliter instituitur. 69.
Posthumos posse institui institianum indubitasse. 72.
Posthumi simpliciter institutio lege. xij. tabularum fuit prohibita. 74
Posthumi alieni tam sunt nepotes q̄ pronepotes. ibidem.
Posthumus alienus nihil refert institutionis tempore sit conceptus vel non: modo mortis testatoris tpe cōceptus sit. 84.
Posthumus dicitur qui nascitur post ingressum religionis in cuius potestatem incideret: si eo viuo nasceretur. 79.
Posthumi preteriti qui est in ventre spes impedit natum ne fiat suus. 80.
Posthumi non tantum alieni a lege. xij. tabularum: instituī non poterant: sed etiam omnes non sui. 81.
Posthumus nepos vt nascatur suus: an sit necesse vt pater non sit superstes filio. 82
Posthumus vt sit suus nō sufficit nasci auo viuo: nisi eidem agnascatur. ibidē
Posthumus qui viuo suus futurus non nascitur: secura morte captini in medio existentis: agnascitur auo defuncto rōne publice vtilitatis ex interpretatione. ibidē.
Posthumi natiuitate ipso iure rumpitur testamentum. 78.
Posthuminij ius est suspensiuum. 80.
Posthuminij duo sunt capita fictiuum. s. t alterum suspensiuum: t qua ratione fuerūt inducta: t que operantur. 81.
Posthuminium nihil super statu fingit ſz supfacto ipso solum ad captiuitatem occultādam. 83.
Posthuminium non fingit aliquem natum neq̄ reddisse: sed cum reddit fingit nunquā captum. ibidem.
Posthuminium vt competat sufficit momento temporis fuisse liberum ventrem. ibi.
Posthuminium datur cōcepto apud hostes redeunti tamen cum matre. ibidē.
Posthuminium datur partui sine distinctione. fo. eodez
Potestate in nostra nō est actus nostros a legum nexibus subducere. 71.
Potior: significatio dicitur illa que est prior tia t specialis: secūdū quam vnumq̄q̄ est simpliciter tale: t per prius. 76.
Premium prepositum capientibus bannitos an debeatur occidentibus. 81.
Presumptio iuris t de iure quādo extat in eam non admittit probatio in contrariū. folio. 70.
Presumitur pro perfecto potius quam imperfecto. 71.
Presumendum semper est pro innocentia. folio eodez
Presumptioni tunc locus est quando apparet quid est gestum: qualiter autem sit gestum non. 74.
Preteritus dici non debet qui instituī nō debuit. 68.
Preteritionum species. 70.
Preteritus ab ignorante rumpit testamentum. folio. 70.
Preteritus etiam sine damno rumpit testamentum. ibidem.
Preteritio non est iniuriosa nec rumpit testamentum que est cum lucro. ibi.
Preteritio simpliciter ficta iniuriosa dicitur folio. eodez
Preteritio t exheredatio quomodo differunt: t horum quod est odiosius. ibidez.
Preteritus q̄ est in suspenso interim nō rūpit testamentum. 80.
Preteritione filij in potestate etiaz vino testatoze decedentis testamentum est ipso iure nullum. 84.
Priuatio presupponit habitum. 69.
Priuatorum in potestate non est figmentis subuertere veritatem. 79.
Priuationis ad habitum nulla est regressio folio. 84.
Probat quandoq̄ testimonium matris. 72
Probationum alie artificiales: alie non artificiales. 88.
Probabilia argumenta ab auctoritate manent. 87.
Probabile quod est. ibidem.
Prohibitionis maior ratio nō excludit minorem. 86.
Prolatio eadem diuersas species potest significare. 73.
Promissio etiam iuramento firmata ad seruandum aliquid non obligat ad illicita. folio. 87.
Propie differentie constituunt speciē. 68.
Propriū docētis est peritia: dicentis est facundia. differentis est copia: t interpretātis est subtilitas. 86.
Pronisio facta in vnum casum porrigit ad omnes similes. 76.
Punctus est principium linee t tamen non est linea. 85.
Pupillaritas nō ineſt naturaliter substitutioni 84.
Pura t conditionalia sunt diuersa: t nō aduersa. 68.

Q

Qualitas adiecta verbo requiritur fm̄ tēpus verbi. 67.
Qualitas non potest esse sine subiecto. ibi.
Qualitas falsa vitiare non solet. ibidē.
Qualitas extrinseca non presumitur. 72.
Qualitas persone tempore institutionis inspicitur. 82.
Qualitas certa vel incerta persone adiecta que est. ibidē
Qualitas facit indubitabilem demonstrationem. ibidez
Qualitate facti varietas nō sequitur idē effectus. 84.
Qualitate negata non propterea negat sub iectum. ibidem.
Qualitas pōt esse t abesse sine subiecti corruptione. ibidē.
Qualitas facti varie tractanda est. ibidē.
Qualitates alie formales: alie accidētales. folio. eodem.
Qualitas detractiua vel additiua ad idem nouam inducēdo speciē est correctio. 86.
Que de puncto traduntur sufficere non solum impleri per punctuz temporis ſz etiā per punctum intellectus. 82.
Quedam sunt in solutione que nō sunt in obligatione. 69.
Questiones quinq̄ fm̄ auctoreз huius operis tractantur in. §. t quid si tantuz: quas vide. 74
Questio vbi diuersis rationibus t iuribus solui potest non interest si hoc vel illo solui tur. 84.

R

Ratio quare est prefinitum tempus partiendi a septimo vsq̄ vndecimum mensem. folio. 71.
Ratio quare grauius plectuntur mulieres adulterij crimine quam viri. ibidē
Ratio legis non est inuestiganda vbi certa liquet legis dispositio nisi agatur de preferenda lege ad casus non expressos: vel de tollenda contrarietate. 84.
Ratio t veritas conuertuntur. 87.
Ratio quid est. ibidē
Ratio non minus mouere debet iudicem q̄ lex. ibidem.
Ratio naturalis est quedam lex tacita. ibi.
Ratio potest allegari in locum deficientis legis. ibidez
Ratio aut lex vbi viget opinionis cessat auctoritas. 88.
Ratione vbi contenditur non quis dicat: ſz quid quisq̄ dicat attenditur. ibiō.
Ratio a quocunq̄ adducta omnium priorum caternas t auctoritates superat. folio. eodem.
Ratio quedam probabilis: quedam naturalis. fo. eodem
Ratio probabilis t canonica differūt. ibi.
Ratio vna ratione altera dicitur melior. et verior. ibidem.
Ratio rationem vincit. ibi.
Reditus non significatur verbis impeditinis. 80
Refugium imperitorum est lex non omniū. folio. 85.
Regula non facit ius. 67.
Regula vbi creditur generalis: t aliquid eximitur ex ea ratione alicuius qualitatis: opus est illud fit simpliciter illius qualitatis t pure sine aliqua mistura: aliter quando non perviam exceptiōis illa qualitas exigitur. 81.
Renuncians iuri ciuili non tamē renunciat iuri pretorio. 77.78
Renunciare nemo potest hijs que sibi competere ignorat. 77.
Reipublice interest bonos ciues in ea esse: qui ciuilem t humanam diligant societatem. 75.
Restitutio deportatiōis inter miracula ad numeratur. 80.
Respondens male de iure facit litem suam. folio. 87.
Reuersus ab hostibus an censetur tunc natus cum reuertitur. 83.
Rogatus post mortem restituere an ingressus religionem mortuus reputetur. 76.
Rumpendi testamentum ius annua tacitur nitate aboletur. 78

S

Sapiens quis dicatur: t quod erit sapiētis consilium: si vel lege: vel partium connentione fuerit firmatur consilio sapiētis ob temperandum: t si de circa persona sapiētis vel indefinite prolatum fuerit. 87.
Sapientia quid sit secundum Aristotelem. folio eodem.
Sapientis iudicio an sit standuz vbi nec lex nec ratio subest. 88.
Sapientes sola auctoritate valent: t fic cōsilium eius. ibidez.
Sapiens cui consilio statur an necesse habz rationem sui consilij exprimere. ibidē.
Seminis vim atq̄ naturam multum valere ad fingendas animi corporisq̄ similitudines. 71.
Sententiam mutare sapientis est. 71.
Sententiam illam amplecti debemus per quaz nihil efficitur supernacue dictū. 74
Sententia illud comprehenditur quod verbis generalibus continetur: verbis autem comprehenditur: quod verbis formalibus exprimitur. 79.
Sententia plurium in eadem consentientiū vna est. 86.
Sententia contra communem opinionē an valeat. fo. eodem.
Sententiam de consilio sapientis latam nū quam transire in rem indicatam. 88.
Sententiam de consilio medicorum latam super qualitate vulneris rescidi posse adbibitis peritioribus. ibidē
Sententia est retractabilis preterqu priuilegiate probationis. ibidē.
Sententia secundum leges lata: t si postea leges ille tollantur non tollitur. ibidē.
Sermonis recti ratio seruanda est. 74.
Seruus alienus pure heres: t liber scribi non potest. 73.
Seruo heredis simpliciter legari non pōt. folio. 73.
Seruitus est moris iurisgentium. 76
Seruus prius institutus sub hac conditione si liber erit: an valet institutio. 77.
Seruus alios in potestate habere non potest. 80.
Seruus non est heres: neq̄ hereditas. folio 81.
Seruitus ab vno ex dominis constituta nō acquiritur nisi a ceteris condominis constituatur. ibidez
Seruus alieni posthumus non inutiliter instituebatur: t an hodie institui potest. folio 67.
Serui instituti arbitrio aditur vel non aditur hereditas. 67
Signa conceptionis vide. 71.
Similia non sunt eadem. 68.
Similitudo quid est. ibidem
Similitudine an cognoscatur cuius sit partus si aliter apparere nequit. 71.
Similitudo sufficit in eo quod agitur. 76
Similium idem est iudicium. 83.
Simpliciter t indefinita ad omnes casus pertinet. 72.
Simpliciter verbum est equinocū. 73.
Simpliciter gestuz eo mō intelligitur gestū quo debuit. 73.
Simpliciter t conditionaliter inter se pugnant. 73.
Sol an moritur. 82
Sola est verbum tagatiuum. 86.
Solēnia pretermitti non obest quoties nulli damnosum est. 70
Solennitates ex coniecturis non apparent seruate. 73.
Solutiones que trahuntur in obligatione: fuisse creduntur. 69.
Specie ea differunt que sunt sub eodē genere t diffinitione diuersa terminantur. 68.
Species ex propijs differentijs constituit. folio eodē.
Species quodammodo se habent inter se contrarie. 68
Species vna vel q̄ est illius speciei non potest alteri conuenire. 68.
Speciei nomen non significat nomen sui generis in diuersa specie. 68.
Specie posita ponitur t genus sed nō econtra. 68
Species non omnino excinditur posito genere. 68.
Species diuerse sub eadem prolatione possunt contineri. 73.

Universidad del Rosario Archivo Historico

Species proprie continent significatiõe generis: qñ idem nomẽ cõe esset vtriusq. 76
Spes alia est certa t indubitabilis aliave ro incerta t revocabilis 81
Spurius an possit instituisub hac conditione si legitimabitur 82
Statutum de institutione non extẽditur ad substitutionem 68
Statutis iubentibus simpliciter responderi positionib⁹ satisfacit qui cum conditione naturali respondet 73
Statuto stante q pure t clare respondeat: non potest adiici conditio que tacite ex coniecturis intelligitur ibidem
Statutum q filie non succedant stantibus filijs legitimis an stantibus legitimatis: excludantur filie 84
Statuto cauetur q iudei nõ possint fenerari vltima duos denarios pro libra an videatur promissum vsq ad duos denarios folio 86
Statutor interpretationẽ necessariã esse. 86
Statuta melius est nihil operari: quam absurdum 87
Statuta quoq dicuntur interpretationes statutorum ibidez
Status eorum quorum pater apud hostes est impendenti est 80
Status medius. s. q neq sui iuris neq i potestate: quomõ sit vide 81
Status sui iuris in liberis an impedit alio iure quam lege cornelia ibidez
Stipulatio rei proprie est inutilis si simpliciter concipitur 73
Stipulatus sibi reddi dotem in vno casu soluti matrimonij in ceteris casibus stipulari non videtur 76
Stipulatio stricte interpretanda ibidez
Stipulatio ad ẽphiteosim pro se suis descẽdentibus p virilẽ sexum intelligitur de neptibus ex filio non vero de nepotib⁹ vel neptibus ex filia 85
Stipulat⁹ sibi t liberis suis ex linea masculina qui continentur ibidem
Stipulatio facta pro suis descẽdentib⁹ masculis quos continet ibidẽ
Stipulatio facta descendentibus virilis sexus continet neptes ex filio ibidẽ
Stipulatio facta pro liberis virilis sexus: t illa pro liberis masculinis non est eadem ex significato verborum ibidez
Substitutio ad institutionem quomodo se habet 68
Substitutio non fit ex coniectura 69
Substõ hoc verbũ sine cõditione dict⁹ vulgarem substitutionem demonstrat 73
Substitutio facta pterito an sit valida. 74
Substitutione vulgariter facta tñ anvñ ille institutus cui substituitur ibidem
Substitutio an institutio deficiat i casu galli emancipatione 77
Substitutum t institutum pariter admitti posse nullo iure cautum est 78
Substitutio in casu suitatis facta si mor erit emancipatione eque vt morte tollit. ibiõ.
Substitutio in suitate facta an emancipatione vicietur 79
Substitutus toties vivo testatore admittit quoties certum est institutum non superfuturum testatori 82
Substitutio facta decedenti sine filijs legitimis an legitimati excludant substitutum folio 84
Substitutus quis si suus futurus nascatur: vel agnascatur sufficit in vita fuisse talis licet tempore mortis non sit suus: q t remanet heres in hereditate 86
Successiõis votum nequit adimpleri ante mortem testatoris t nativitatem posthumi 67
Successio ex institutione vires t formã capit ibidem
Summarium quid est 75
Superflua in quibus nocent 72
Superfluum quid sit t quot modis dicatur folio eodem
Suspensio se habet ad patriam potestatem t ad similia que suspendit: sicut privatio ad habitum 80
Suspensio quotuplex t qualis est ibidẽ
Suspensio status prohibet testari ibidẽ
Suspensio status prohibet illum qui est in suspenso patrefamilias esse ibidem
Suspensio status prohibet illum qui est in suspenso bona sibi acquirit ibidez
Suspensionis ius quando insurgit 81
Suspensio postliminij q operatur ibidem
Suspensio postliminij qua ratione fuit inducta ibidem
Suum heredem nasci t suum futurum heredem nasci differunt 67
Suus non dicitur antequam nascatur. ibiõ
Suum nasci est favorabile ibidem
Suis quicq̃d aduenit debitum est ibidẽ
Suis potiꝰ admittit q̃ dat hereditas 69
Sui ipso iure locũ partemue habẽt 70
Suitas non ineſt naturaliter, substitutioni folio 73
Suus ita fit interdictione sicut morte 75
Suus nequit instituisub ea conditione que non sit in eius arbitrio 77
Suus institutus sub hac conditione si suus erit an recte instituitur ibi.
Suus non aliter emancipatur q̃ volẽs. ibi.
Suus est ille quem nemo precedit in suitate folio 80
Suitas captiuitate desinit 85
Suus est ille qui mortuis parẽtibus heres ipso iure esse intelligitur: t rerum hereditariarum administrationem adquirit 80
Suus q fingat nõ suus nullo iure cauet 81
Suus vt nepos posthumus nascatur an est necesse vt pater non sit superstes filio 82
Suus est aliquis desinẽte eo q̃ est in medio folio eodez
Suum rediret nasci non sunt dissimilia 83
Suorum ad iura non reddit qui nunquam fuit in potestate ibidem
Suorum iurium tres sunt species ibidez
Suus qui non potest fieri vivo parente aliquo impedimento mortuo eo suus potest fieri ibidem
Suitas non omnibus competit qui sunt in potestate ibidem
Sui qui ficte dicitur t improprie ibidem
Sui qui ficte dicuntur an comprehendãtur in dispositione loquẽte de suis ibidem
Suus fit cum reuertitur t non retro fictione trahitur ibidem
Suus qui in ventre est si non fuerit institut⁹ natus vivo testatore ac eo vivo mortuus testamentum non tollitur ibidem
Suorum iura etiam in adoptiuis atq; naturalibus legitimis valere 84
Suitas an tollitur exheredatione ibidez
Suorum duo sunt genera ibiõ.

T

Tacita institutio an satisfaciat solẽnitati. 69
Taciti t expressi eadem est ratio 69
Tacitum quod ineſt alicui si exprimit non facit conditionem 76
Temporis quo aliquid debetur vltimum expectatur momentum 70
Testatus t intestatus nemo potest decedere folio 69
Testantium animi ex solennitatibus cognoscuntur 69.70
Testamenti verba dubia verum ad causam testati vel intestati intelliguntur 70
Testatum decedere quam intestatum in dubio pium est decernere 76
Testatorem testamentum sunz valere voluisse presumitur ibidez
Testamenta latius interpretantur ibidez
Testamenta nativitate posthumi: ipso iure rumpuntur 78
Testari nequeunt quoruz status est in suspẽso 80
Testati causa quandiu supersit: intestati cã non admittitur 81
Testamenta seruari publice vtilitatis est. 82
Testamenti nullitas non solum attendit q̃ filius sit preteritus sed etiã si conditionalr sit institut⁹ eo mõ quo põt contingere casus preteritionis ibidez
Testamẽti factio nõ est cũ seruis hostiuz. 83
Testamentum quare non rumpitur ab eo q̃ est apud hostes ibidez
Testm̃ iure pretorio non conualescit 85
Testm̃ fit ipso iure nullum preteritione filij in potestate existentis t vivo testatore decedentis etiam si nepos ex eo sit institut⁹ cui legitima aui hereditas ab intestato defertur 68
Testimonium matris probat q̃q 72
Testis deponens de veritate t fama ali⁹ de fama tm̃ an concludenter probant 86
Testimonia non ex numero sed ex fide sincera testium iudicantur 88
Tutoris iuramentũ de vtilia faciendo t inutilia pretermittẽdo nõ sufficit nisi exp̃sse defensionem dicat 74
Tutela an odiosa an favorabilis 67

V

Vasa vulgaria que sunt 68
Velleanũ senatusconsultum a quo fuit institutum 85
Verba hec si me vivo filius meus moriet t hec si heres non erit t hec si heres esse noluerit an distingui possunt 69
Verba hec si heres esse noluerit an habeãt significatum institutionis t magie i suis heredibus an mentem testatoris arguũt instituere voluisse 69
Verba in conditione posita non disponunt folio 69
Verba hec si dare noluerís sunt favorabilia folio 69
Verba hec si nõ dederis sunt odiosa 70
Verbũ legitimũ est ambiguum ibidẽ
Verba t mẽs. l. ad titulũ sub quo sita est accõmodamus: t ex subiecta materia ampliamus t restringimus ibidẽ
Verba hec si noluerit in extraneo legitimo: an faciant institutionem ibidez
Verbũ hoc si in hac oratione positũ si heres non erit. p q; potest interpretari ibi.
Verba hec si noluerit t si heres erit an differant inter se. 70.
Verba hec si filius ab itestato heres esse noluerit titius heres esto an inducant preteritionem. 70.
Verba hec in decẽ mensibus t intra decem menses itẽ ipsis Kalendis t intra Kalendas: paria sunt. 70.
Verbũ post ambigue profertur vtrũ ad hoc ne vel ad longũ tempus. 70.
Verba ad vnũ finẽ prolata nõ debent diuersum operari. 71.
Verba glo. t doct. secundum legẽ quam allegant debent intelligi. 71.
Verba aperta sunt seruãda: nec licet ab eis discedere. 73.

Verbum

Verbum aliquod potest esse quo ad verba simplex quo ad mentẽ cõditionalẽ. 73.
Verba proprie indubio intelliguñ nisi aliter testator senserit interpretari. 73.74.
Verbuz mihi: sic dicendo si quis mihi nascetur improrat suitatem. 73.
Verbũ instituo relatum ad diuersas personas modo institutionem modo substitutionem denotat. 74.
Verbum aliquod q̃q̃ stat proprie q̃q̃ improprie. 73.
Verborum vis attendenda est etiam fauore cõseruandi actus. 73.
Verba hec fic ita ita demum certam formaz inducunt in dispositionibus. 74.
Verba cui non conueniunt nec sensus. 74.
Verboꝝ cõceptio q̃ duas respecit aut plures formas aut dispositiones nõ possunt consistere. 74.
Verbum plura significans ad quodlibet adaptatur. ibidẽ.
Verba melius est nihil operenꝝ quã vt operentur absurdum. 74
Verba debent aliquid operari etiam odiosum potiusq̃ nihil operentur. 75.
Verbum simpliciter prolatum in potiori significatu accipitur. 75.76.
Verba in potiori significatu dicunꝝ illa que sunt propria t specialia: secundũ que: que q̃ dicunꝝ simpliciter talia t proprius. 76.
Verba singula sumi debent in casu vero et non ficto. 76.
Verbis: comprehendit illud qõ verbis formalibus exprimitur: sinia aũt comprehendit qõ generalibus verbis continet. 79.
Verba hec quisquis liberoruz specialia magis sunt quã generalia. 82.
Verba hec si suus nascat nõ solent dici ad excludendum casus similes sed ad declinandum vitium incapacitatis. 83.
Verba hec: suũ nasci: t agnasci: t suũ ex hostibus reddirei casu galli paria sunt. 83.
Verba ad depulsionẽ nõ debent accipi in cõtrariũ sensum. 84.
Verba hec ex eo tẽpore: ex inde ex illo: eiusdem sunt significationis t initium temporis significantia. 84.
Verba hec: virilis sexus non cõprehendit modo aliquo feminas: t hec feminini sexus non comprehendit modo aliquo mares: ex proprio significatu. 85.
Verba hec: hi liberi sunt virilis sexus t sunt per virilem sexum non sunt eiusdem significationis. 85.
Verba hec descendentes ex linea seu de linea masculina an cõtineant feminas. 85.
Verba hec: de. ex: per: an differãt. 85.
Veritas t ratio conueniuntur. 87.
Veritas t opinio quomodo sunt inter se opposita. 87.
Verisimile quod nõ est habet falsitatis imaginem. 74.
Verisimilitudo opinionem efficit. 88.
Vetare t permittere diuersis respectibus possunt simul stare. 68.
Vltima elogia sub incerto vagari non debent. 67.
Vidua nubens anteq̃ certiorari possit an cõceperit ex viro mortuo: nisi annosa vel sterilis sit an infamia efficitur. 71.
Vsuentis est animam agere. 82.
Vite t mortis non datur medium. ibidem.
Vnuz non potest intelligi qñ verba aliud significare possint. 74.
Voluntas coniecturata quoquomodo sufficit inter liberos vt sortiatur effectuz. 70.
Voluntas disponentis aut verbo aut signis manifestanda est: aliter nihil agit. 74.
Voluntas talis t catenus creditur qualis t quatenus ex scriptura apparet. 74.
Voluntas testatoris legum decretis preualere non potest. 76.
Voluntatis vbi est questio satis est si verba non repugnent. 85.
Vulgaris institutionis diffinitio. 68.
Vulgaris institutio additione corrũpit. ibidẽ.
Vulgaris expressa cõtinet pupillarẽ. 73.76.

Finis.

Registrum.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. Omnes sunt Terniones preter vltimum Quernionem.

Domi. Andree Alciati: t. M. Salomonij Albertheſci Paradoxa explicãt. Lugduñ. Impressa per Jacobum myt impensis honesti viri Vincentij de Portonarijs. Anno domini. M. cccccxxiij. Die vero. xxvij. Augusti.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Torrida multifidis arserunt æquora flāmis
Omnis sanguineis sudauit roribus arbos
Omnis auis tristes celebrauit in aere cœtus.
Corruerantq; domus: rutilis mox undiq; septa
Ignibus aerios uastarunt fulmina tractus.
Collisi lapides: tremor & telluris hyulcæ
Omnia terribili prostrauit corpora motu
Vallibus æquati montes: & turbine rapti
Puluereo planos texerunt æquore campos
Egressi ex antris homines insana tulere
Ora: nec alternas potuerunt reddere uoces
Inq; fores tumuli reseratis ossa sepulchris
Constiterant solitę reditura in corpora molis
Prorupere suis delapsa e sedibus astra.
Mortiferasq; comas totum sparsere per orbem
Inq; unum coiere ferę lugubre gementes
Postremo cecidere omnes iuuenesq; senesq;
Vt rursum in superas remearent protinus auras
Et ueteri exciso flāmis populantibus orbe
Extructoq; nouo post tanta incendia mundo
Antiquos rediit surgens stirps omnis inartus.
Iudicis horrifici extremum subitura tribunal
Haud simile huic sapiens salomon quod protulit olim
Iudicio: dubio matrum inter iurgia nato.
Ergo ubi rauca dedit sonitum tuba: protinus omnes
Excite coeunt diuersę e littore gentes.
Quas oriens phœbus radiis afflauit eois

Et iam sol radiis madidas siccauerat herbas
Rore leui: fluuiosq; e pastu armenta petebant
Ex templo subito cœlum reseratur hyatu
Et sacro tectum omne domus confunditur igne
Cum tonitru labens qui turbam inuasit in omnem
Nec lesit quemq; sed frigida pectora fouit
Exacuens ebetes uaria in præconia linguas
Res haud nota unq; cum gens diuersa cohisset
Parthusq; & medus: proceres quoq; perfidis: & qui
Tigris & euphrates medius plana incolit arua
Nec non palmifere cultor iudeus idumes
Cappadoces: & quos fert pontus & asia tellus
Dardanii atq; phryges: simul & frondentis alumni
Pamphiliæ: & populi lybiæ: atq; ægyptia pubes:
Et cyrenneo ueniens de littore uulgus
Romanus cretensis: arabs: & mixta propago
Plurimus & properans ignoti e partibus orbis
Quiq; tamen patrio sensit sermone loquentes
Quisq; suæ audiuit consueta uocabula linguæ
Et quoniam simili afflati sunt numine cuncti
Bissenas nostræ legis iecere columnas
Quas etiam uario priscorum enigmate uatum
Signauere chori fatorum nuntius ordo
Principioq; cephas surgens sic dicere cœpit
Esse deum qui cuncta potest qui cuncta creauit
Confiteor: summaq; orbem ratione regentem.
Ergo uni trinoq; deo fit fausta potestas

Id ſgnans enoch deus extulit: & face raptus
Flammeri æthas penetrauit in æthera curſus
Siderĕum ſubtio contingens turbine cœlum.
Scitę idem pater fundat torquente gigante
Congreſſus: triplicig; irruens uerbere frontem.
Dixit enim in ſummos tua magna potentia cœlos
Prorupuit: ſupraq; deos erectus abiit.
Idem iterum: aſcendit dominus: quem gaudia rerum
Clangoreq; tubæ ad ſuperos comitantur euntem.
Nube leui hæſurum hæthas præditus ante.
Pater amos iter in ſummi molitur olympum.
Vaticinatus ait. nicęas. daniel. reliquiq
Patres etiam hoc concorſ uoce tulerunt.
Ergo ibares fetio ferantes pectora plauſu:
Gratq; multiformis modulemur carmina cantis.
Gloria mittenti redeunti gloria: uelox
Gloria ſit facto: qui iam mittendus in ignę eſt
Quorum ternus honos trunco prorumpit ab uno.
ECEGLOGA DECIMA. De crucifione ſancti ſpiritus
colloquutores apoſtoli ſimbolum chriſtiane religionis
inter ſe componentes.

Scripſit egregio uidauatum præſide cœtum
Claugerexteremiq; locū qui forte uocabat
Inter bifrenos remanens ſine noſe frātres
Illius oppreſſa qui nuper fauce pependit
Qua primū iubet cuncte decernere forte
Nec mora ſorte data uacuo præſatus honori eſt
Matthias: partemq; ſacri ſuſcepit ouilis

Vidit uterq; polus: boreas qua perflat & auſter
Omnis religio lex omnis ſexus & ætas
Quilibet ordo hominū quocunq; in tempore natus
Quisq; gerens patula cuſpas in fronte notatas
Quisq; ſus ſtudiis & uita nobilis acta.
Currit inexiguam uario ſuffiamine uallem.
Quos ſupra oſtendens multo ſe lumine pator
Fortibus affectis fulgentiq; agmine ſepsus
Et quino infignis plagarum ſtigmate corpus
Conſtitit ore ferox haud exorabilis ulli
Hinc rectam liquido ſuſpendit ab aere libram
Lancibus expendens geminis ſas omne nefaſq;
Et merita & noxas laudes & crimina ſepti
Nec mora quos animo curuarī ponderе culpę
Cernit humi: legat iuſtis ad tartara portis
Perpetuo ut nunq; cruciatu occumber poſſint.
Exhauſti: ſed ſine carens dolor urgeat illos.
Hic ubi triſtis hyems adeſt horror frigoriq; gemētit
Et labor & facies rerum maleſana: chaoſq;
At quos in nitidum puros ſine crimine cœlum
Altus efferri ſublato examine uidit
Deſtinat aternis cœtu plaudente triumphis:
Hic ubi lancta cohors recti ſibi conſcia gaudet.
Calcato ſeclix mundo: poſtiurq; tonantis
Intuitu cunctis opibus quem præſtitit unum.
EIuſdē egloga duodecima de uita beata. colloquutores Arinus & Geraldinus ſub nomīib⁹ lyci & lynnei agricolę & paſtoris.

Archivo Histórico

Altero q patris eſt ſoboles bonus inclyta chriſtus
Vnicus & mundi dominus principeq; ſalutis
Ergo uni trinoq; deo ſit fauſta poteſtas
Scribarum hinc ſubito excipiens ira ſignifer ignit
Hunc reor in tacta purum de uirgine natum
Atq; operante ſacro conceptum pneumate inclum
Ergo uni trinoq; deo ſit fauſta poteſtas
Quatus ab his iacobus ait minor ille priuig
Iplum etiam retor plato preſide pallum
Pro nobis tolerare crucem ſubiiſſe feputchrum
Ergo uni trinoq; deo ſit fauſta poteſtas.
Ac dyalmus nihil ad dubitans hec alterit uitro
Sol .creet ut patres manes deſcendit ad imos
V. redire cum ſe lux tertia reddidit orbi
.rgo uni trinoq; deo ſit fauſta poteſtas.
Ex hinc Alphcus conferq; quæ fenſit in unum
.d ſuperos dextræ patris aſcedit ati
C..mpotes victo.q; herebi cum flamine regnat
Ergo uni trinoq; deo ſit fauſta poteſtas.
Moxq; foyta hec perhibet .ius memoralle philippu
Hinc tertium iudex uiuis funditq; redibit
Sontibus & penas & iuſtis premia reddat
Ergo uni trinoq; deo ſit fauſta poteſtas
Inde lychanoie ſic fanctus protulit hoſpes
Eſſe deum hunc credo qui nos modo lumine fancto
Lultrauit patris & genite ſpiramen amorq
Ergo uni trinoq; deo ſit fauſta poteſtas
Matheis ſecuit deterra hec denig; merita

Sunt quoq; inclyta del ſumo de uertice totum.
Concilium hoc chriſtiq; omnes ſub nole cœtus
Ergo uni trinoq; deo ſit fauſta poteſtas.
Accedens thadeus ad hec eſt pauca locutus.
Corpora ſubuerſis erupent functa ſepulchris
Perpetuoq; ſuis animæ ſe fodere iunget
Ergo uni trinoq; deo ſit fauſta poteſtas.
Sufficiuſq; alii Mathias ultimus infit.
Vita beata pijs pietatis gloria: ſummaq
Eſt preciuum æterno in tuis ſpectare tonantem.
Ergo uni trinoq; deo ſit fauſta poteſtas.
Eiuſdē egloga undecima de iudicio ultimo quo
iuſti ab impijs diſtinguentur auctor loquitur.

Impus erat cœlo cum fumi euertice motis
Fulminous pallor peccatra tota rocentes
A nuefis terros agnis ſe cernere hædos
Inq; urbem elatis armenta reducere artis.
Nam lupus ille ferox paſtoris nomine captas
Seducens pecudes.nunc u nunc ferit arma
Decipios lauiare greges conſueuis in hæruis
Cladibus infandis ſignatum afferat agmen
Lugubrig plagas balatu impleuerat omnes
Iam fera trepeſtas premulerat horrida terris
Signa: quatercenas clatus pontus in unas
Hinc ruſtum inſorum reuoluus ad ima receſſu
Balene phocegq grues ſcopulolag cete
prodidit oceanus ſubtracto gurgite ualles.

Credulus: ac noſtro luſtratum tinxerit unda
Nomine ſacrata tollens aſpergine labem:
Lætiferi hunc fugient morbi: peſteſq; maligne.
Nec fera nec diris comprehendet faucibus orcus:
Expoſitus pœnis quibus eſt incredulus omnis.
Protinus & fidos certiſſima ſigna ſequentur.
Nempe mea furias pellent uirtute nocentes
Effundent uarias diuerſa in murmura linguas.
Mortiferos uerbis extrudent eminus angues.
Toxica non illos poterit non ledere uirus.
Diffuſum ue olim per pocula nigra uenenum.
Langores quoq; luctifcos agitabit ab ægris
Oſtender quiſquis no.. .e n.mine dignum.
Interea quoniam ſupera.. .or al.tus in oras.
Cum pompa ad patremq; meum ueſtrumq; reuer.ens:
Meq; triumphantem excipiet mox regia cœli
Celicolum & premiſſus adeſt mihi flameus ordo.
Obuius occurrens rutilis pulcherrimus .lis
Expectate meus ueniat dum ſpiritus: & uos
Promiſſo illuſtret perfuſos lumine cunctos
I fœlix o uere deus: ſoboleſq; tonantis
Atanate & noſtræ quondam reminiſcere cætus
Accipimus uocem: cœloq; lapſa ſereno.
Purpureoq; fluens fulgentis ab ore miniſtri
Nil miremur ait cœli per aperta tu entes.
Teq; olim ſimili rediturum ad prata tumi.itu.
Aſſerit: ut poſſis extremo munere fungi:
Et iuſta fœtus pecorum ſuſpendere lance.

Hic mihi meq; doce: tanti quæ meta laboris
Quis fruct? ſtudiis: quæ nſi præmia cult?
Expectanda putes operoſi carminis auctor
Stirpe geraldina priſcis generate ſabinis.
Nam ſi perpetuus labor eſt: merceſq; caduca
Pro granis paleas reddens pro fructibus umbram
Mallem equidem nunq; terras coluiſſe malignas.
Heſperidum cuſtos lyce agrorum & cultor arini
Fœlix iſta tibi toga ſit: fœlicibus opto
Auſpiciis fulua iſta legas quæ poma tueris
Hoc iubet alcides noſtræ quo uindice terræ
Purgantur monſtris cui fulget purior ætas
Sæcula compoſitis qui gentibus aurea reddit
Niſpaniq; docet mauros iuga ferre leonis
Sed tibi quando petis rerum me dicere curſus
Euentuſq; operum ſupræmaq; fata ſenectæ
Alcinoi arboribus poſcis me adiungere fœtus:
Triptolomiq; ſatis frugales addere culmos.
Quin rogo tu potius ualidas dum ſcindo nouales
Venturiſq; paro cerealia meſſibus arua
Dumq; tuæ paſcuntur oues: age confer inaures
Nuncaliquid: cantuq; meum ſolare laborem.
Ac ſi forte frequens te cœpit opinio uatum
Quos ſequeris: dic an tantum bona ſumma putaris
Quæ ſpectas: nec deinde uiris optabile quiq
Extinctoq; omnes ſiniri corpore curas
Non cadit in ſanas fallax ſententia mentes
Nec me naſonis ſeducunt carmina: nec me

Lyrus.

Lyncæus.

Lycæus.

Lboru

13065
L0036074

Mathem